



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum ex Beza quæst. I. de Sacramentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

qua à nobis vsurpatur, à sacris literis absit; hanc etenim regulam secutus Missam *sacrificium* appellandam negavit, quòd in scripturis non vocetur sacrificium. Quam Lutheri mentem intelligens Melanchthon *sacramenta* nominavit *signa* seu *sphragidas*, hoc est, *sigilla*, in Locis editis Argentorati Anno 1523. Et totum illud caput suum non inscripsit de *sacramentis*; sed de *signis*. Carolstadius libro de imaginibus ex professione pugnat contra nomen *Sacramenti*. Zuuinglius item libro de *vera & falsa religione*, apertè hoc nomen reprehendit: & tandem adiungit: *Vocem istam Sacramentum magnopere cuperem Germanis nunquam fuisse receptam, nisi germanè (hoc est, Zuuingliane) esset accepta.* Et causam huius sui desiderij reddit: *Cum enim hanc vocem SACRAMENTVM audiunt, iam aliquid magnum sanctumq; intelligunt, quod vi sua à peccato liberet.* Odit ergo Zuuinglius hoc nomen, quia audientium animis veritatem nimis perspicuè representabat, & eo ipso Zuuinglianam vanitatè refellebat. Tricatur etiam nescio quid Calvinus de nomine Sacramenti lib. 4. Institut. cap. 14. §. 13.

Vide Murices
Pradicant,
cap. 8.

*Antipharmacum ex Beza quest. I.
de Sacramentis.*

N I H I L prohibet, quo minus docendi gratia, voces aliquas vsurpemus extra Dei verbum, modò ne temerè id faciamus, aut in ipsa doctrina Prophetica & Apostolica vel tantillum innouemus.

*Antipharmacum ex Luthero libro contra
caelestes Prophetas parte 2.*

D I C I T Carolstadius, Christum & Apostolos non appellasse *Cenam Sacramentum*, velle se habere nomen ex Bibliis:
Deum